



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 37. Quid præterea notandum sit circa Beneficia regularia & sæcularia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42600**

habitationem ac vitæ totius directionem. Deinde etiam per hoc sunt perpetua, quod instituta sint, ut semper durent, dumque auferuntur uni, ut alteri conferantur, ut innuit Nav. apud Gob. t. 8. n. 63. Et sic patet, cur pensiones non sint beneficia, quia nempe morte pensionarii extinguuntur. Videri potest Leur. p. 1. q. 84. uti & Illung t. 5. n. 173.

**223** Q. 37. *Quid præterea notandum sit circa beneficia regularia & sacerdotalia. R. seqq.*

§. I. In Ecclesia sacerdotali possunt esse beneficia regularia, & in regulari sacerdotalia, Luca de benef. d. 63. n. 4. , Corr. de benef. l. 1. c. 6. à n. 329. Imò in eadem Ecclesia possunt esse duo Capitula, unum sacerdotiale, alterum regulare; item collator potest esse regularis & beneficium sacerdotiale, ita ut non possit conferri regulari, Luca n. 7. & 13. An autem beneficium fundatum in Ecclesia regulari possit semper presumi regulare, videri potest Castrop. t. 13. d. 1. p. 34. §. 4. n. 6.

**224** §. II. Beneficium sacerdotiale vacat per professionem Religiosam nisi Papa dispenset; sed merito non debet dispensare, ut Religiosus sit Canonicus, quando est contra statuta vel immemorialem consuetudinem alicujus Ecclesiæ, Luca d. 64.

**225** §. III. Beneficia sacerdotiale sine dispensatione conferri posse Regularibus, præsertim Canonicis, docet cum alijs multis Tamb. de jure Abb. T. 3. d. 9. q. 8., quem sequuntur Engel & Lessius in auct. v. Religiosus, cas. 2. Oppositum probabilius tenent ex Conc. Later. Rebuff. Castrop. VVames. Pelliz. t. 8. c. 6. à n. 231. Corr. in praxi dispens. l. 6. c. 1. Sanch. in Dec. l. 7. c. 29. Garc. p. 7. c. 10. à n. 31. Pirb. l. 3. c. 5. n. 118.: In quibus tamen casibus beneficia sacerdotalia conferri possint Regularibus vel regularia sacerdotibus, videri potest apud Castrop. §. 1. & Leur. p. 1.

q. 37

q. 37. & 39., ubi q. 40. notat beneficium Regulare unius Ordinis vel Monasterii non posse conferri Regulari diversi: quot verò vota requirantur, si Regularis eligatur vel postuletur ad dignitatem sacerdotalē, explicant *Castrop.* §. 2. & *Leur.* q. 59. & 60. Quamvis autem multi dixerint ad electionem Monachi pro beneficio sacerdotali curato non requiri dispensationem Episcopi, sed tantum licentiam proprii Superioris, nunc tamen ob jus novum dicendum est nec Monachum nec Canonicum regularem posse assumi, neque in hoc dispensare posse Episcopum, uti latè ex jure & AA. deducit *Leur.* à q. 46. Posse tamen beneficium sacerdotalē validè conferri notio, docent *Sanch. Garc. Castrop.* & alii: Qualis verò requiratur licentia Superiorum vel Conventus, ut Regularis dispensatus possit admittere tale beneficium sacerdotalē, explicat *Leur.* q. 55. & seqq.

Q. 38. Quid addendum sit circa beneficium duplex. R. Seqq. 226

§. I. Beneficium duplex est, quod afficitur aliquā qualitate juris, id est, vel præminentia, vel jurisdictione vel administratione Ecclesiæ; si fit cum præminentia & jurisdictione in foro externo circa Clericos, dicitur Dignitas; si cum præminentia & jurisdictione in foro tantum interno, dicitur Curatum; si cum præminentia sine jurisdictione, Personatus; si sine præminentia & jurisdictione habeat annexam administrationem aliquam, v. g. Cellerarii, dicitur Officium: Thesauraria in quibusdam Capitulis est dignitas vel personatus, in aliis tantum Officium. Videri potest *Leur.* p. 1. q. 32., ubi plura de divisione illa beneficiorum.

§. II. Beneficium duplex subdividitur in majus, medium & minus: majus est quasi culmen beneficiorum & dignitatum, uti Papatus, Cardinalatus,

Prima-